

Spaleti, consensu et uoluntate generalis consilii ciuitatis Spaleti in pallatio communis congregati, ut est moris, fuerunt confessi et contenti uidisse et calculasse rationem cum ser Bilsa Cipriani et Duimo Sloui, olim camerariis communis Spaleti, de omni pecunia et rebus peruentis ad eorum manus tempore eorum officii, de quibus uero pecunie quantitatibus peruentis ad eorum manus, ut prefertur, dicti syndici et syndicario nomine communis Spaleti, dictis ser Bilse et Duimo stipulantibus et recipientibus pro se et suis heredibus, fecerunt finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, promictens ipsos ocaxione predicta de cetero non molestare, petere, uel inquietari, set pocius ipsam quietationem perpetuo habere ratam et firmam, sub obligatione omnium bonorum communis Spaleti presentium et futurorum et refectione dampnorum et expensarum litis et extra. Actum Spaleti in pallatio communis, presentibus ser Sricha Luchari et ser Nichola Petri, testibus, et Nichola Thomassi consiliario et examinatore.

## XLV

1362, 11 dicembre.

V, 198-199.

(cc. 198): In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentessimo sexagesimo secundo, indictione XV. Regnante serenissimo principe et domino domino nostro Lodouico dei gratia rege Hungarie, temporibus equidem reuerendi in Christo patris et domini domini Hugolini eadem gratia archiepiscopi Spalatensis, magnifici uiri domini Nicholai de Zecch regnorum Dalmacie et Croacie banni nec non Spaleti comitis et nobilium uirorum dominorum Crestoli Petri, Marini Laurencii et Nichole Macthei dicti Spaleti iudicum honorabilium.

(cc. 199): Die XI<sup>o</sup> decembris. Cibrianus Çanini et Mise Zannis de Ragusio, chastaldi fraternitatis Sancti Nicholai de Serra, cum consensu et uoluntate XII confratrum ipsius fraternitatis coadunatorum in ecclesia sancti Nicholai predicti, unanimiter et concorditer fuerunt confessi et contenti uidisse rationem et calculasse cum ser Johanne Peruoschi et ser Bilsa Cipriani de Spaleti, procuratoribus ipsius fraternitatis, de omni quantitate peccunie peruente ad manus ipsorum procuratorum de bonis et peccunia ipsius fraternitatis et ipsam fuisse expenditam pro factis ipsius fraternitatis et potissime in domo ipsius fraternitatis. De qua uero quantitate peccunie peruente ad manus ipsorum procuratorum, ut prefertur, dicti Cibrianus et Misce chastaldi, cum uoluntate ipsorum confractrum, dictis procuratoribus stipulantibus et recipientibus pro se et eorum heredibus, fecerunt finem, quietationem, generalem remissionem et pactum de ulterius non petendo,